

¶ Sum Regina auiū peto sidera, tuta trifulco
Fulmine & Arctoi fida ministra, Iouis



Ad magnificū dñm Sigismū

dū de Erberstain, Equitē Auratū, Cōsilia
riū & Oratorē Inuictissimī Max
imiliani Cēsaris semp Au
gusti, ad Serenissī
mū Sigismūdū
Polonię
Regē
&c

& magnū Moschorū
ducē,

**Joannis Dantisci
Soteria,**

Cracou 1577

Kat. Cent.

IOANNES DANTISCVS. SERENISSIMO PO
lonie Regis &c. Secretarius, Prestantissimo
dño Iacobo Spiegel Iuriū Doctori,
& sacratissime Cefareę maie
statis Secretario, Salutē.



Ccepi litteras tuas Humanissime
Iacobe ex Lincio datas, cum his
quas Maiestas Cefarea pro me se
renissimo dño meo scribit, Quan
ta me voluptate affecerint, vix di
ci potest. Proinde cū nupa Moscīs
Magnificus dñs Sigismūd^{us} de Erberstein, eqs aurat^{us},
cōsiliari^{us} & orator Cefareę Maiestatis feliciter rediisset
dignā nactus p mea in eum obseruantia occasionem
Soteria, quę precipitanter (. vt testis tuus mihi erit
Agricola.) effudi potius q̄ edidi: tibi qui solebas me
as esse aliqd putare nugas, dicare institui, indignum
ratus, p tuis in me beneficijs, vt absq̄ etiam exiguo
munusculo ep̄la mea ad te proficisceret. Tuū igitur
erit, quo vultu cetera id genus scripta consueuisti,
Tumultuarios versus excipe, & vbi aliqñ oportuni
tas dabitur, me Cefareę Maiestatē quę p sua singula
ri clementia Patricia & equestri dignitate Laureę p
terea & Iuriū fascibus, me decorauit, vt supplicē atq̄
auctoratū Seruulū, cōmendare. Ego hic tui, & erudi
tissimi dñi Iacobi de bannissis rerū Serenissimi dñi
mei, vna tecū in aula Cefareę Maiestatis studiosissim
mi, corā Regia maiestate coram omnibus Regni po
lonię primorib^{us}, & p̄sertim Reuerendissimo dño
Petro Thomicio Premisliē p̄sule, Vicecancella
rio, honestissime memor esse soleo Vale & boni cōsu
le, Cracouię, iij. Februarij, Anno dñi, M.D.XVIII.

L. i. i. 400611

SOTERIA.



Sunt Superi, Cēlūq̄ suo Rectore
mouerī
Quis nisi mentis inops, cernēs cō
uexa negabit
Ætheris: hoc, tellus: aer: & pont^{us},
& omē

Id quod viuūt in his, & quod producit ex his
Dirigitur, iusto positūq̄ sub ordine sistit.
Huic certe est ingēs hęc orbis machina cure
Qua genus humanū, genus & qua totū animantū
Vitali pariter vegetando vestiū aura,
Omnipotens sator ille hoīm, rerūq̄ Creator,
Cuncta suo regit arbitrio: nil accidit vnq̄
Quod nō ante diu voluit diuina volūtas.

Ille tibi Sigismūde dedit p tanta viarū
Interualla animū inuicē, quo semp in omnē
Euentū contra rerū discrimina mille,
Et casus varios iuisti pectore forti.
Hoc Equitē decet auratū: sunt talia verē
Milicię, nō quę rutilant insignia collo.
Talīa nō aliter q̄ cū sudore parantur.

Amphitrioniades hęc gessit ad ardua ductus
Culmina virtutis: linquēs post terga petulcę
Feda voluptatis, prorsus fugienda probatis
Castra viris, iter esse reor quod litera profert
Pythagorę, vnde tui maiores steterunt, nata primū
Sumpserūt, ex vi liquido cognōis: & re
Elicitur, quid em saxū designat honesti,
Virtutis siquidē culmen, Qui tecq̄ tuosq̄
Perpendit mores, & nuper strenua gesta,
Ille statim, & merito te illius dicet Alumnū.

Hoc aiaduertens Cefar Romanus, in orbe
Primus post superos, nude virtutis amator,
Te subito meritis Titulis, & honoribus auxit

Erberstein.

Maximilia.
Cefar Ro.

Rei vacie

Tecum suis postquam rediisset ab orbe Britanno
Prefecit contra venetos, ubi Marte secundo
Cum Comite ex Salmis strauisti faustiter hostes
Vnde tibi Torquem, & fasces donauit Equestres,

Hinc te post varios habitos hinc inde labores
Ad Regem milit, qui Dania Regna Gothorum
Olim dicta, regit, qualē te gesseris illic
Intrepido postquam congressus es ore, neganti
Pacta semel, late magni scit Cæsaris aula,
Quanta mari passus, quam multa pericula terris
In reditu, quantumque iterum discriminis, acres
Missus ad Heluecios, cum fluctibus obrutus esses
Pene lacus, longam si conor cuncta referre
Crescet in historiā, diuo pro Cæsare semper
Omnia magnanimo patienter corde tulisti,
Adiecit plus inde tibi non victa fauoris
Cæsarei virtus, accreuit & inde supellex
Dicior, & mentis generosę industria maior,
Multa gerendarum rerumque pericia & usus.

Vnde feros cupiens belli sedare tumultus
Inter Sarmatę Regem seuumque Tyrannum
Moscorum Cæsar, medijs in millibus vnū
Te solū offendit, cui tanta negotia solū
Crederet, expertus seruata in rebus agendis
Cum probitate fidē, studia indefessa, profundū
Ingenijque tuū vires, Rationis & alta
Sensa tuę, simul & complura idiomata, dotes
Pręterea innumeras animi, te militab oris
Vindelici perpulcra Lici, magnique ruentis
Littora danubij, piscosus ubi Istula lenes
Voluit aquas, usque ad Lituanę dicia terrę
Iugera, ibi Regem Sigismundū milite multo
Tendentem in Moscos, Orator gratus adisti.

Sigismundus
Rei polonie, Qui te pro magno, magnū quo Cæsarē amore
Prosequitur, digno venientē excepit honore,
Et te Cæsarea postquam de mente fuisset

Ingenue edoctus, per lata Borysthenis arua
Dimisit multo donatum munere, adusque
Vastas Moscorum terras, per devia ductus
Et nemora, & siluas, & per tot lustra ferarū,
Perque lacus, & per tot flumina, perque paludes
Venisti tandem, lignorum mole per amplū
Vrbem quo statuit, periuro pectore, Moscus.

Quot perpeffus ibi torpentis tedia virę,
Quot duos pariter casus, atque inter eundem
Euentus subitos, discrimina multa, viarū
Anphractus varios, incommoda, mille labores,
Quis referet, non parua Lici distancia habetur
Ad Thanaim, quam tu transisti sospes, ibidem
Multa expertus, agens mandata fideliter, in te
Nil penitus deerat, per te nihil esset omissum,
In fati sed adhuc res heret, Fataque rebus
Iusticieque viam faciet, gens barbara noscet,
Non consueta fidē, Superos, hominesque vereri
Perfidia nunc vindicta impune manere.

Quauis imotos, memoranda clade sub Orscha,
Se simulent vafri, tamen imo corde dolores
Abdere non possunt, non est magis vlla sub armis
Spes post hanc cladē, cur non confligere nuper
Conclusi tot aquis, & putri conditi in vluā
Audebant, sat causa liquet, Sic vrsa recondit
Se penitis siluis fetu post terga relicto
Dum vidit venabula, dum magnamque canum vim,
Quo, perculsa metu, noctes vigilando diesque,
Non ausa e latebris, fugendo accumbit in vngues,

Tempus erit, Superique dabunt, & rector olimpi,
Qui iustos, & iusticiam non deserit vnquam,
Quo penas pro perfidia dabit improbus hostis,
Cumque suis, quantum Lituana, polonaque possunt
Agmina complicitibus, misere experietur, adherent
His forsā quos religio vetat alma, sed istis,
Si non desistent, crimenque sit graue Diuos

Orscha La
stru reginę ad
Borysthenem
sub quo quin
quaginta millia
Moschorum
desiderabant

Ledere, & aduersus iuratū tendere pactū,
Exitus ipse feret. Post tandē tēdia longa,
Et tot perplexus successus inter agendū,
Longinquū permensus iter, plustra, p amnes,
Barbarie ex media nostris feliciter oris
Applicuisti, etem cūctis gratissimus hospes.

Te rex, te Regni proceres, te concio tota
Regnicolū, letis oculis, & pectore, saluū
Aduenisse lubens gratatur, apercius vnde
Exciti, viden, affectus, in Cēsare amorem
Regis testant, cuius tu nomine pulcrum
Nomen habes, nec enim sine numie credo tonantis
Hoc fieri, pariter quod eodē noie haberis
Cū Rege Orator, cū quo spectacula nuper
Vidisti parilis, varia sub sorte, Duelli.

Joānes sam
boczi aulic
Regis. Polo

In quo Sambocius virtute aiatus, honorē
Et vitā asseruit, prestanti pectore, & ore
Intrepido, pedes amisso iam Sonipede, clarum
Egisset facinus, si nō ablata fuisset
E medio hasta, tamē paruo mucrone satactū est

Molci

Et quia cōstanter, cōmissa negotia agendo
In tam longinqua, & dura regione fuisti,
Inter inhumanos mores, gentemq; pphanam
Nullius fidei, detentus tempore longo.
Tot post erumnas, exanclatosq; labores,
Nō ingratus erit tibi Rex, pro Cēsare rursus
Nil sibi vel durū, nil difficile, atq; molestū
Dum res, & ratio deposcet, in orbe, futurū est.

Ipse ego terediens etiā pauloante, Saluto,
A Batauis, vbi eram cum Cēsare, cūq; nepote
Illius, Hesperie qui Regna supba gubernat,
Interea quo liquisti tecta alta, profectus,
Diuitis Auguste, te non, pcul ipse remotus,
Vidi, Nūc quid em potuit mihi gratius orbis
Vilendumq; te cupienti ostendere dudum,
Hec igitur quē pro reditu Soteria voui

Dono tibi, faciles nō dedignare Camēnas,
Ad te precipiti cursu pperanter euntes,
Pro reditu quē vota tuo promissa, precelq;
Thuraq; dissoluūt Superis, multūq; precantur
Vt redeas felix, & terq; quaterq; beatus
Vnde exiisti Romani ad Cēsaris Aulā.

Si quis erit nostro magnus fortassis in quo
Meonides, fies Ithaco plus notus vlysse,
Tuq; hoim varios mores, varios hoiesq;
Multaq; vidisti vectus, p Regna, p vrbes,
Nō per lustra duo, sed per breue tpus, ad annū,
Materiā inde dabis Musis, campūq; patentem.

Ast ego ppetuo qui te complector amore
O Equitū Sigismūde decus, conflata calore
Hec subito, mecū siquidem retinere nequiuī,
Da veniā paucis, tibi postea plura dabuntur,

¶ Adeundē Epigramma.

¶ Quod cecini quondā Gringē tristis in Aeni
Littoribus, mētū carmē habere cupis
Quicquid id est, concedo libens, nec carmina solū
Hanc etiā, mecū si foret illa, darem.
Decreui tandē, quē quadret ducere vitam
Ætati, & castus Relligiosa sequi.
Est hoim instabilis, fluxus, periturus, at ipse
In superos omī tpe durat amor,

¶ Ad Gringē,

¶ Quam durē miseri sunt conditiōis Amantes
Qui nullas sedes, nec loca certa tenent
Nil datur eternū, sed quo rapit impetus, illuc
Ambigui in dubijs pectora rebus agunt
Errant & raro placida statioe fruunt
Atq; alia ex alijs sub iuga amoris eūt
Hec placuit danais, Lacijs hinc illa sub oris,
Hec fuluis, niueis gratior illa comis

Aurea disposuit pulcre hæc redimicula vitæ
Moreq; germano, vel loue digna fuit
Sub gelido Arctoi placet altera sidere celi,
Candentes superas candida tota rosas
Deniq; quocūq; adueniūt, terraq; mariq;
Hospitibus varius corda pererrat Amor.
Et dum iā tacitos inspirat subdolus ignes,
In longas iterū cogitare vias
Singula nūc misere dū te Gringa reliquo
Experior, vastū carpere iussus iter
Quid magis excruciat q̄ grata relinquere cepta,
Et spem, quæ miseros sola in amore beat
Sic solet impastus viso lupus ire ab ouili,
Sic apīs ex dulci flore repulsa volat
Decipitur siciens fugitiuis Tantalus vndis,
Et quod perpetuo poscit, habere nequit
Durius est mea sors, dū desero mestus amatā,
Quæ me prosequi, meq; tenere cupit
Auelli amplexu, nudis discedere ab vlnis,
Linquere tot risus, basia, furta, iocos
Absq; dolore quis hæc humano sanguine cretus,
Quis ve libens vnq; qui ista reliquit, erit,
Inuitus nupte flens, mea vita, reliqui,
O animi mediū, precipuūq; mei.
Strinxisti cupidis lacrimans mea colla lacertis,
Pressistiq; meū pectus adusq; tuū
Imaduere tuę roranti lumine Male,
Nec minor in nostras decidit vnda genas.
Inuitus dextrę dextrā, de hinc labra labellis
Iunximus, & tristi diximus ore Vale
Iussa mei Regis tūc; & tūc Cęsar's arma
Execrabar, & hoc ire quod angor iter
Quam mallē illius, quē sparsa cruore necarunt
Linthea, vel sortē, fata ve dura, sequi
Numquid abideus Iuuenis felicius est me
Quē ferus in patrio gurgite meruit Amor.

Hunc Hero eiectū miseranda in littore vidit,
Et se precipitē fortiter vltra, dedit
Ast ego qui terras, & tot maria alta, pererro,
Nescio qua veniet Mors regiōe mihi.
Pellor vt a tumidis foliū quod vertitur austris,
In nullaq; diu sede manere datur.
Nunc feror Æois, vbi phębus surgit ab vndis,
Nūc Tartessiacas rursus vbi intrat aquas,
Nūc iterū seuīs Nothus imbrifer vnde pcellis,
Rursus vbi glacie, Parrhasis vrsa, riget
Quo mecūq; loco celsis vel in Alpibus abdo,
Conditus aut ima sim modo valle licet.
Circūseptus & his, qui culmine sidera tangunt
Montibus, inueniūt me mea fata tamen,
Si fugio ad Thanaim, magni vel ad hostia Nili,
Vel procul ad Gades, seu glaciale fretum.
Nusq; tuta quies, amor instat, agitq; latenter,
Et subit incensa, pectora nostra, face,
Nil magis admiror, q̄ cū sit cecus, & infans;
Quod me audet temere saxa per ista sequi,
Quid loquor ad summū potuit penetrare tonātē,
Nec tutus Pluto sub phlegetonte fuit,
Exarsit gelidis nans Ænosigeus in vndis,
Admeti paut, pulcer Apollo, greges,
Alcides neuit, gemuit Poliphemus in antris,
Æacides contra noluit ire Phriges,
Ingens imperiū Gnidius puer occupat orbis,
Et certas gestat, pectus ad omē, manus.
Olim nil graue erat, Iuuenis dū feruidus, vltro
Quesiui Cyprię, mollia regna, Deę.
Inq; Papho sacra thura focis, Arisq; virentē
Mirthū, cūq; rosis lilia mixta dedi,
Nūc vigor ille abiit, sensim & mea tpa canis
Albescūt, grās & mihi dura venit,
Ipse tamē (quāuis enitor vt impete paruo
Non vincar) mecū certat iniquus Amor.

Inspuē

Ille utriusque limis persuasit ocellis
 Nuper, dū fueras e regione, mihi,
 Ille tibi Charites nitidosque afflauit honores,
 Et quicquid pulchri tota decoris habes,
 Ille meū pectus faculis transfixit acutis.
 Victor & hāc habeas, inde profectus, ait
 Sic crucior, patiorque graues in amore dolores,
 Inque meo crudū pectore vulnus hiat.
 Inter & hic certe dolor est vehementior omnes,
 Quod nō concepto debeo amore frui,
 Cogor abire, morę nec quicquam restat, eundum est,
 Quo fors, quo fatū, res dominique vocant.
 Rheteas Alpes, Athesim, pontemque per Enū,
 Mestus & inde domus tecta relinquo tuę,
 Respicio post terga tamen paruę procul virbis
 Menia, & ut redeā menia visa iubent.
 Ter conatus erā Temonē vertere, terque
 Obstiterat votis, res per agenda, meis.
 O me infelicē pellor sic saucius a te,
 Languenti quis opē, Pharmaca quisue dabit,
 Tu solo aspectu precordiale sa benigno,
 Et posses tactu reddere sana manus
 Sed raperis, ppere, rapiorque miserimus Euro
 Ocior, & nostri est nulla medela mali.
 Nō mihi Phillirides, nec item prodesse Machaon,
 Nec poterit medice Delius auctor opis.
 Non nisi te rursus videā sanabor, at illa
 Quando dies misero, quando erit illa dies,
 Corpus abit solū, tibi mens animusque coheret,
 Sensibus infixa est sic tua forma meis
 Felices igitur firmo qui utitur Amore,
 Durius incerto viuūt Amante nihil.

Ad Magnificū dñm Sigismūdū de Erberstain Equi-
 tem Auratū Consiliariū & Oratorē Inuisi-
 tissimi Cęsarıs Maximilianı Ad
 victoriosissimū Sigismū
 dū Polonię Res-
 gē. &c. Et
 magnū Moschorū
 ducē Rudolphi Agricolę
 iunioris poetę a Cęsare Laureati cōgratulatio.

Perpetuā viri? & facta illustria famā
 Immeritis Sigismūde mori, nomen
 que perenne.
 Ac incorruptos donant preconis ho-
 nores. (ta vates,
 Pelidę Rhodius cecinit gesta inclę
 Quem fortunatū dixit Rhetea pererrās
 Culmina Alexander Macedū fortissimus Heros.
 Thebarū postque destruxit menia, & altū
 Ilion ingressus, Troianaque pergama vilit
 Inferiasque viris ducibus, quos sustulit acre
 Bellū utrinque duo Troię per lustra parabat.
 Nec paridis Cytharā imbellis dignatus amantum
 Qua rixas post raptū Helenę cantare solebat
 Perfidus in magnū Menelaū perfidus hospes.
 Idęus pastor, iudex fatalis in omnē
 Euentū vite, quando Minoia quondam
 Regna petit Rex Argiuorum, Agamennone iuncto.
 Magnanimo Heroi testudo placebat Achillis
 Bellica Thessalici, sine quo Neptunia starent
 Laomedontiacę non diruta pergama Troię.
 Nī congressus erat Troianus veste patroclo
 Iplius utenti fallacibus Hector & armis
 Quem pius in fidū comitē succensus Achilles
 Atque ira atque odio stygias penetrare paludes
 Compulit Iliacā ter circū atrociter urbem

Alexander ca-
 ptis Thebis
 Ilion ingre-
 ssus.
 paridis cytha-
 ra.

testudo achil-
 lis.

P^his mi auri
 53. Mercuri^o Raptans bis senis donec pater ipse diebus
 Hunc ope Mercurij magna mercede redemit.
 Ille prius clara testudine sepe morantem
 Sepe diem, curaq; animū grauiore leuabat
 Optima Philiride precepta & martia regū
 Prelia cantando dubios belliq; tumultos.
 Hic amor, hec eadem virtus cognata poetis
 Res celebrare virū magnas, preclarasq; gesta
 Scribere & imortale decus laudemq; venustis
 Diuulgare modis, quod nūc Dantiscus ad vnguē
 Factus homo Sigismūde facit, virtute tuorū
 Perspecta Ingenioq; tuo, Fratrisq; Georgij,
 Quo duce Carnioli pax est & candida quondam
 Libertas data, quā ius (quod Staraprauda vocabāt)
 Antiquū propter, vulgus violare parabat
 Vesantū, nulla ductū ratione, furensq;
 Hic ubi piscosum Muere, Drauiq; fluentū
 Vorticibus Sauus magnis magno impete currū,
 Donec Celeiē comitatū viderat, illic
 Vndanti est similis Nilo lacus, ille per annū
 Ad lapidē crescit certo, certoq; recedit
 Tempore, & exvndans ubi quondā fluxerat vnda
 Piscibus omnigenis plenissima, rusticus illic
 Et serit & subito metit, agros vberē fructu
 Grammina pascit ouis, venatur callidus auceps
 Et volucres, leporesq; simul, Postonia multū
 Sublimis iuxta aeris munera superbe
 Menibus a Cirkhnicz, qua stulta Georgius olim
 Istius ignoti populi compreserat arma
 Et libertatē patrię victricibus alis
 Restituit, Cēsar quē Maximilianus abunde
 Milicię claris insignibus extulit & te
 Cēsar quo maius nil ingens sustinet orbis,
 Nec melius, toto quē semper pectore & ore
 O Equitū Sigismūde decus, specimēq; tenebo

Siue Mesembriacū vagus erro ducar in orbem
 Siue procul pergā Scythicas peregrinus ioras,
 Seu Gangē videā, nulla hic obliuia nostrę
 Mentis erūt, quam sit probitatis cultor & equi
 Postq; te excoluit satis edocuisse videtur
 Te Sigismunde inq; forti quē pectore nunq;
 Rebus in aduersis fortunę deijcit estus
 Vnde tibi tetrīco potius cognomina saxo
 Defluxisse reor, tumidis quod fluctibus obstat,
 Prima latinorū si nō est littera, honesti
 Nomen habes lapidis, ratio tamē vtracq; partē
 In quamcūq; velis exponere, vera probatur
 Si mediā expunges, domini quę sillaba saxum
 Constituit, meritū poteris deducere nomen.
 Inde grauem Galeā, Cēsar, Clipeūq; choruscū
 Quę sint virtutū nō pignora vana tuarū
 Contulit, hec Cincinnatus voluisset habere,
 Nec sibi Pisones, Fabij mage grata tulissent,
 Ne clacedemonius spreuit Lisander aratrum
 Ad tectū si culmen amas sublime referre,
 Aurea Magnanimis virtus altissima suadet,
 Hactenus inuictō quę animo persepe subijsti,
 Indiget hec galea, qua quā sis fortiter vsus
 In Venetos & sepe alias, insigne coronę
 Addidit, atq; auiū qua toto nulla sub orbe
 Nobilior viuat, volitetq; per æthera nulla
 Altius expansas Aquilę latus ille ad vtrūq;
 Imposuit pennas, nullo violabilis quo
 Omibus vt tua sit notissima fama sub oris
 Accipe Moscorū venienti e finibus olim
 Quę nec cocta quidem, tibi, nec beneculta notam
 Carmina, Si tempus foret vberiora dedissem,
 Romani felix redeas in Cēsaris aulam.

Herbstain

Erbstain, 1

Herstain

Coronę Corona

Patria Magnifici dñi Sigismundi per Agricolam
Istria. Istriacā Italię terrā tribuere vetusta
Carniola. Secula quę Carnos qui sequerentur habet
Contra melā: Albia quę prisco de nomine dicitur hic non
Nepotem. Ister in Adriacā defluit amnis aquam
 Hic tibi natiuus locus est, clementia celi
 Istros & tharfos inter amena placet,
 Quo sit quisq; loco, quo natus tempore multum
 Quę sit natalis noscere stella iuuat,
 Vis celi stelleq; trahunt, subiectaq; mundo
 Maiori & fatis terra locusq; suis
 Hęc equitū Sigismunde iubar, genitalis vtrancq;
 Inuictū ad sortē pectus habere dedit,
 Quis loca thessalicis nūq; cedentia tempe,
 Quis vipacū & montes enumerare queat,
 Vina vbi campanis multo melioraq; ficus
 Omne genus fructus nascit atq; olei
 Quis patrię breuib; miracula dicere possit
 Quae coeunt miris flumina multa modis
Demimons. Quis nō miretur cuiusdā gramina montis,
 Quę calcans soleas perdere suevit equus,
 Multa mihi scribenda forent, si tempore pauco
 Pręsenti possem certius ipse frui.

Io. Samboczki ad Taxū Equū suū
 morientē, incerto Auctore.

Taxe iaces miserande mea, nō hostis ab hasta
 Concidis, ante oculos, iam moriture, meos
 Sors dedit euentū, quod te defendere telum
 Debuit, hoc vulnus pręstitit, atq; necem,
 Sic fuit in fatis, pprio quod Cuspide, nō quod
 Hostili caderes, strenuus ante diem
 Mors igit leuior tibi sit, quo gloria maior,
 Quod casu, nō quod victus ab hoste, cadis,

Dum tibi postremo vires cū sanguine abirent,
 Et peteres multo vulnere, pronus humum
 Descensum facilē sensim inclinando dedisti,
 Sic mihi prostratus, signaq; grata dabas.
 Nam capite erecto, nitens mihi ferre iuuamē,
 Sollicitus p me, iam moriturus eras.
 Ipse hastis fuerā quauis frustratus vtriscq;
 Bina habui, in recto pectore, corda tamen,
 Nil grauius, q̄ cū mortis tibi causa fuissē,
 Quod nullā potui ferre salutis opem.
 Viue diu, si nō vita modo noie saltem,
 Inter & egregios, sit tibi nomen, equos
 Bucccephalus Macedū Regis pręclarus habetur
 Vrbī quī nomen, post sua fata, dedit.
 Humanos qui deinde pedes habuisse priores
 Dicit, & primū Cēsarem in orbe tulit,
 Quid diui Augusti memorē, Nicomedis, & illum
 Pro charo, qui se precipitauit, hero
 Tu merito cū istis numerabere, tempus in omne.
 Quę virtus confert nomina, morte carent.

Exactū Cracouie Imperante Inuictissimo Maxi-
miliano Cēsare semp Augu. Romanor;
Regni Anno xxxij. Regnante ves-
ro Serenissimo Sigismū-
do Polonie Res-
ge. & c.
Anno. xij.

In edibus famati Ioannis Haller.
 Post christi natiuitatē, M. D. XVIII.

¶ Epitaphiū Equi Sambociani in Duello
Cracouiē interempti, incerto auctore.

¶ Taxus eram parili functus mea fata duello,
Sed quibus haud sonipes clarior vllus erit
Vulnus atrox cepi, multo sed gratius ipse,
Q^d peteret dominū dextra inimica meū
Aqua seruauī incolumem, discrimine nullo
Deserui, vita deficiente simul
Res iucunda tamē fuerat moriendo videre
Quando hostē baculo pressit, & hostis equū
Atq^{ue} vt res fuerat cessura, intellige, si non
Sublata e medio turpiter hasta foret.
Spectauit mortē Sigismundus gloria regum,
Spectarūt hominū milia multa, meā.
Martigenumq^{ue} virū factus, nō esca ferarū,
Dicnece qua potui nobiliore mori.



VITA BEATI CASIMIRI CONFESSORIS

ex serenissimis Polonię regibus, & magnis Lituanię
ducibus clarissimi a Reuerendissimo patre dño
Zacharia Ferrerio Vicentino pontifice Gar-
dien: in Poloniam & Lituaniam legato
apostolico ex fide dignorū testium
depositionibus scripta.



Regni Polonię.

Ducatus Lituanię

**B. Casimirus Regis Casimiri filius quattuor Regum & vnius Cardi-
nalis germanus ac Ludouici Hungarię & Boemię Regis patruus.**

Cracou, in Haller